

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius**

**Sánchez, Francisco**

**Schoppe, Caspar**

**Perizonius, Jacobus**

**Franequera, 1687**

VII. Eumenides

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](#)

## VII. EUMENIDES.

**Q**uas Latini *Furias* appellaveis, Græci *Erimyes*, & *Eumenides* dicunt. Sunt autem, ut ait *Orpheus*,

*Tisiphone*, neccnon *Alecto*, & dia *Megara*.

Quidam, *Eumenidas* dictas putant, ab *wpessia*, id est, benevolentia: *wpessia* enim est, placo; quia minimè sint benevolæ, sed immites, & diræ. Datus interpretatur, bene furentes, ab *iv* bene, & *wpessia* furo: sed fallitur; nam eo modo per æ diphthongon, scriberetur *Eumenides*: proprius verò, qui dixerunt, dictas *uæl ivphymos*, id est, ut bene

*At vide supra ad pag. 574.* ominaremur: in templis enim omnia mala verba per contraria enunciabantur; ut, *vita*, pro morte; & *mattare*, pro cremare, & *retæ*, pro non. Sed ego longè aliter interpretor, & *Eumenidas* propriè pias, & mites appellari contendo; \* quod ex Suida non erit difficile comprobare. Ejus verba sic Latinè vertebam; *Eumenides*, *Erimyes*, subterraneæ deæ: accepisse autem ajunt eas nomen ab Oreste: tunc enim primum ab eo *Eumenides*, id est, mites, & pias; quoniam eas expertus sit propitiæ, ferunt appellatas; quibus & ille, materna cædis in *Areopago* absolutus, nigrum ovem sacrificavit: & paulò post; *Hus* & *Æschylus*, in *Eumenidibus*, à *Minerva* fuisse placatas in *Orestis* judicio tradit, obtinuisseque ab eis, ne in *Orestiem* terribiles insurgerent; unde eas

Eu-

\* Quod ex Suida &c.] Et Sophoclis Scholiaste. Vide Vof-  
fum instit. Orat. Lib. IV. c. 13. n. XL.

Eumenidas, id eſt, propitiās vocavit. Hæc ex  
Suida.

VIII. OTIUM.

**O**cium, dictum volunt, quod non ocyus  
ſit, & velox, ſed ſegne potius, tar-  
dumque: nam Græcis *ocys*, velox eſt:  
ex quo *ocymum* dicitur leguminis genus, à  
celeritate naſcendi; & *ocys*, adverbium.  
Hæc deſtruere dum conatur Dathus, ineptè  
philosophatur nescio quid de vita contempla-  
tiva, & activa; quod ſcilicet in ocio celerius  
moveatur mens, quam in actione rerum.  
Itaque afferit, ocium à celeritate mentis nun-  
cupatum: & præterea, ſi Muſis placet, *Ocyum*,  
per c, & y, ſcribi contendit. Sed quis un-  
quam ſanx mentis, *ocium*, & *neg otium*, per y,  
ſcriptiſt? Pierius in Virgil. *otium*, pér t om-  
nino ſcribi debere contendit. Aldus in Or-  
thographia ſic; *otium cum t*, *libri veteres*, &  
Q Papirius Grammaticus *bis verbis*; *in bis syllabis*  
*fonus litera z immixtus inveniri tantum potest*, que  
constant t & i, & eas ſequitur vocalis quilibet, ut  
Tatius, *Otia, iuſtitia, & ſimilia*. Cujus ego  
ſententiam ſequor libentius, quam eorum,  
qui *inducia*, & *ocium cum t* ſcribunt, Dona-  
ti authoritate adducti: Eum enim ſcriptiſſe  
dicunt, *inducia dicta, quod inde oīum*; quod  
non affiſmo: potuit enim ſcribere, induitæ  
dictæ, quod inde otium; quod ſententiam  
meam conſirmare videtur. Hæc Aldus. Sed  
quærif, unde dicitur *Otium*; an verò neceſſe  
erit omnium verborum origines, & etymon  
patefacere? Cosconius nobilis Grammaticus,  
teſte Varrone, ad mille verba in Latina lin-  
guæ